

Beilage II.

Texte des Capitulare incerti anni, verglichen mit Benedictus und mit den Quellen¹.

Greg. I. Registr.

Cum vero enixa fuerit mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris praeceptione didicisti, ut pro masculo diebus XXXIII, pro femina autem diebus LXVI debeat abstinere. quod tamen sciendum est, quia in mysterio accipitur. nam si hora eadem, qua genuerit, actura gratias intrat (intret *codd. AFT*) ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur; voluptas etenim (enim *cod. F*) carnis, non dolor in culpa est. in carnis autem (enim *cod. F*) commixtione voluptas est, nam in prolis prolatione gemitus. unde et ipsi primae matri omnium (primum matrimonium *cod. F*) dicitur 'In doloribus paries'. si itaque enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei poenam suam in culpam deputamus.

Ps.-Damasus c. 3.

Eos autem sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migraverunt, tamdiu a communione nostra habeamus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti

Ben. 2, 207.

Cum enixa fuerit mulier, post quot dies debeat ecclesiam intrare, testamenti veteris praeceptione didicimus, ut pro masculo diebus XXXIII, pro femina autem LXVI debeat abstinere. quod tamen, ut ait sanctus Gregorius, sciendum est, quia in mysterio accipitur. nam si hora eadem, qua genuerit, actura gratias intret ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur; voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. in carnis commixtione voluptas est, in prolis vero prolatione gemitus. unde et ipsi primo matrimonio dicitur 'In doloribus paries'. si itaque enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei poenam suam culpam deputamus.

Ben. 3, 245.

Sancitum est, ut illi sacerdotes, qui de ecclesiis ad ecclesias migrant vel migraverunt et suos titulos absque licentia et consensu episcopi dimittunt vel dimiserunt, tamdiu a commu-

Cap. c. 3.

Cum enixa fuerit mulier, si statim actura gratias intrat ecclesiam, nullo hinc peccati pondere gravatur; voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. in prolis vero prolatione gemitus est. si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei poenam suam in culpam deputamus.

c. 5.

De sacerdotibus, qui suos titulos absque licentia episcopi dimittunt aut dimiserunt, statutum est, ut tamdiu a communione habeantur alieni, quousque ad suos titulos revertantur.

1) Die gesperrt gedruckten Worte im Capitulare (Spalte 3) finden sich bei Benedictus nicht. — Die *cursiv* gedruckten Worte Benedictus (Spalte 2) decken sich mit der Quelle; die gesperrt gedruckten Worte Benedictus kehren im Capitulare nicht wieder.